



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

446. Vox Capitulum unde deducta, & quid importet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)



TRACTATUS III.
DE
CAPITULO SEDE VACANTE.
CAPVT PRIMVM.
DE ADMINISTRATIONE, ET
IVRISDICTIONE CAPITVLI
SEDE VACANTE.

Quaestio 445. Vbinam in iure; & à quibus hac materia de Capitulo sede vacante specialiter tractetur?

REspoñ. Ad primùm. Sunt hac de re textus in c. oim. & c. his qua. de maior. & obediēt. c. Episcopus. c. Ecclesia. de supplenda negligentia Pralatorum in 8. c. illa. & c. sin. ne sede vac. Clem. statum. de elect. & ibi AA.

Item Titid. sess. 7. c. 10. sess. 23. c. 10. & sess. 24. c. 17.

2. Resp. ad secundum. Materiam hanc tractarunt Fermosinus Episcopus Asturicensis speciali tractatu. Item Joan. Francisc. Pavinus speciali tract. de potest. capitul. sed. vac. Ventrigl. tom. 2. anhor. 15. Azor. instir. moral. l. 3. c. 37. 38. 39. Fagn. ad c. his qua. de maior. & obed. Barbol. juris eccles. l. 1. c. 32. & de canonie & dignit. c. 42. n. 28 & seq. Lotter. de re benef. l. 2. q. 2. à n. 26. & q. 3. à n. 81. Mart. de jurisdict. p. 2. c. 23. n. 17. & seq. & c. 40. n. 32. Garc. de benef. p. 5. c. 7. Paris. de resignat. l. 7. q. 23. Quaradra in sum. Bullar. v. capitulum sed. vac. Leo in thesau. for. eccles. p. 1. c. 26. Tulch. lit. C. conclus. 56. Riccius in pr. resol. 506. & seq. & collectan. 610. p. 3. Diana tom. 8. tract. 4. per tot. Quintadven. Ecclesiastic. l. 1. c. 5. Sanch. de matrim. l. 8. d. 27. & plurimi alii apud Ventrigl. loc. cit. n. 1.

Quaestio 446. Vox Capitulum unde deducitur, & quid importet?

REsp. ad primùm vox Capitulum diminutivum est deductum à capite, quasi parvum caput. collegia enim Canonorum sunt, & dicuntur parva capita Ecclesie post principale caput, quod est ecclesia. Lotter. de re benef. l. 1. q. 15. n. 11. ex Tholosan. de benef. c. 10. n. 15. Et sic Capitulum sede vacante dicitur quasi parvum caput; ed quòd minorem habeat potestatem. Azor. Instir. moral. l. 3. c. 37. q. 1. citans gl. in c. conquestus. de suppl. negl. Pralator. in 8.

2. Resp. ad secundum. Importat collegium canonicorum, & sumitur pro ipsis canonicis congregatis. Azor. loc. cit. Et sic dicitur capitulum sede vac. ubi Episcopus alterve supremus similis collegii.

P. Laurentii Tract. III. De Capis. sed. vac.

antistes mortuus est naturaliter, aut civiliter, puta, ecclesiam dimisit, aut eà privatus est. sumitur quoque vox Capitulum pro ipso loco, ubi Canonici, seu Capitulares congregantur. ut in c. in causis. de elect. Azor. loc. cit. Alias illius significationes huic non pertinentes omitto. v. g. dum, ut Abb. in c. capitulum. de rescrip. apud Azor loc. cit. ponitur, ut distinguat rem unam ab alia, quemadmodum dicitur ut capitula decretalium, & in quo sensu accipitur in c. quod in d. ibi. & in c. inter alia. de sentent. excom.

Quaestio 447. An Capitulum cathedrale sede vacante de jure administret?

REsp. ad Capitulum Cathedrale se de vacante, sive per mortem, sive per renunciationem, translationem, aut depositionem Episcopi pertinet jus administrationis, & jurisdictionis. Laym. in c. his qua. de maior. & obed. juxta c. cum oim. eod. tit. Item in c. Ecclesia. de suppl. negl. pralator. n. 1. Fagn. in cit. c. his qua. n. 49. Ventrigl. tom. 2. anhor. 15. §. 1. n. 2. Barbol. juris eccles. l. 1. c. 32. n. 61. Pirh. ad tit. de maior. & obed. n. 44. gerit enim Capitulum tale vices Episcopi. Sbroz. de Vicar. Episc. l. 1. q. 15. n. 2. Pignat. tom. 5. consil. 24. n. 2. citans Decium in c. eam re. de rescrip. n. 35. Rebuff. in pr. benef. tit. de devolut. n. 58. & seq. Et succedit in jurisdictione Episcopali, eaque ad illud devolvitur. Pirh. loc. cit. Unde dicitur successor Episcopi, quia jurisdictionem Episcopalem tantquam ejus successor habet. Pignat. cit. n. 2. & 3. Sbroz. loc. cit. n. 4. citans gl. in c. amic. de maior. & obed. in 6. & Federic. de sensu. consil. 30. n. 2. & 30. Et hinc jam dicitur idem & unum esse cum Episcopo. Pignat. cit. n. 2. Sbroz. n. 5. ex Federic. de Senis loc. cit. n. 3. cum antecessor & successor pro una persona reputentur. Sbroz. loc. cit. citans c. dilecti. de foro competent. & Innoc. in cit. c. eam re. n. 6. & 7. Porro jus illud administrationis ei auferri nequit per Metropolitanum absque causa necessitatis; quia tamen necessitate id postulante, jura dant Archiepiscopo hanc potestatem. Laym. in cit. c. his qua. n. 1. Papa vero ob plenitudinem potestatis suae administratorem deputare potest, sed non solet, si capitulum nihil deliquerit.

2. Extenditur responsio, sive administratio, & jurisdictionis Episcopalis transit quoque ad Capitulum, dum Ecclesia quasi vacat, nimirum

P

dum